



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Minor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

\*Vide *Azor. c. 10. q. 11. Syl. metus. q. 6.*

*Milites, vide Bellum.*

*Minor, vide Contractus.*

1. **M**Inoris tutela durat vsque ad pubertatem: inde vsque ad vigesimum quintum annum completum sub curatore. Quod si non habet curatorem, gesta per eum valent.

\*De minore multa *Sanchez de matrim. t. 1. d. 37. 38. l. 6.*

Tutelaꝝ *Mol. d. 220. probatus in viro anno 14. in foemina 12. expleto. ibid.*

Quod si sed læsi restituuntur in integrum. *l. 1. §. vlt. ff. de minor. ib.*

Quando tutela finiatur docet *Mol. d. 225.*

2. Minor ingressus Religionem potest bona sua alienare, velut enim moritur, molo sit doli capax: nam ante septennium nulla eius obligatio valet.

\**Fum. vers. Minor. 2. Syl. eodem.*

3. Minor potest alium obligare ad sui utilitatem, & pubertati proximus, potest se alteri obligare cum tutoris auctoritate.

\**Mol. d. 224 col. 1055.*

4. Contractui à se facto cum aliquo, vt emptionis, aut venditionis, potest stare si velit, & tunc alter tenebitur: sed poterit is etiam exigere auctoritatem tutoris, & si opus sit, etiam iudicis, cum ille non vult stare, verbi gratia,

gratia, vt soluat quod emit, aut reddat. \*Vide  
Mol.l.c.

5 Minor ex contractu facto sine auctoritate  
tutoris, aut curatoris, non manet obligatus  
ciuilititer, nisi in quantum factus est locuple-  
tior, aut dolo est vsus, manet tamen obligatio  
naturalis: itaque ex contractu cum eo onero-  
so, vt qui ei vendidit, aut ab eo ludo est lucra-  
tus, non tenetur restituere vsque ad condem-  
nationem Iudicis, si nulla est vsus iniusti-  
tia.

\*Vide Sanchez l. c. d. 38. num. 21. Mol.l.c.col.  
1056.

Manet l. cum illud. §. heres ff. quando dies lega.

Ludo vide Sanchez l. c. nu. 30. Mol.l.c.

6 Minor, in spiritualibus agit vt maior, ita-  
que tenet renunciatio ab eo facta beneficij.

\*Mol.d. 220. col. 1024.

7 Minor læsus potest per quadriennium post  
vigesimalimum quintum annum petere restituti-  
onem, nisi scienter contrarium iurasset.

\*L. si curatorem C. de in integrum restit. vide Syl.

l.c. Mol.d. 224. col. 1058.

8 Minor ante vigesimalimum annum non potest  
accusare, nisi ob sui aut suorum iniuriam, nec  
ante vigesimalimum quintum esse procurator in  
iudicialibus, nec ante decimum septimum in  
extraiudicialibus.

9 Minori, nisi detur tutor à testatore, datur,  
à lege. 1. loco au. 2. matrem velit hæc, 3.

T 6 auia,

auia, si velit, 4. propinquior cognatione mas,  
5. aliquis à Iudice.

\*Vide Mol. d. 220. col. 1028. 28.

10 Spurio non datur à lege tutor, pater, aut  
mater, sed à Iudice naturali datur.

11 Tutor non potest esse minor viginti quin-  
que annis, nisi fortè mater, nec Religiosus,  
nec foemina, nisi mater, aut auia; nec Clericus  
in sacris, si non vult, nec Episcopus, nisi mis-  
rabiliū. Horum verò tutelam recipere te-  
nentur & Episcopi, & Clerici, & Religiosi:  
quod ego de Religiosis in vniuersum non ad-  
mitto. \*Vide Mol. d. 221.

Episcopus } Vide Fum. tutela nu. 2. Syl. eod. 3.

12 Acquisita per tutorem ex rebus pupilli,  
sunt pupilli. \*Vide Mol. l. c. d. 1049. Syl. l. c. n. 4.

Minoris bona tanta diligentia, quanta sua  
tutor, aut curator administrare debet. l. à tu-  
tor ff. de adm. tut. vide Mol. d. 224. col. 1047.

Curator rebus minoris præcipuè datur; &  
ideò nequit irritare vota illius personalia, vt  
tutor, qui impuberi viro vsque ad 14. annum,  
foeminae vsque ad 12. expletum datur, curator  
autè huic succedens vsque ad 25. Mol. d. 220.

*Missa, vide Altare, Episcopus, Excommuni-  
catio, Irregularitas, Parochus,  
Residentia.*

1. **H**OSTIAM oportet ex tritico confici:  
entè in alia specie frumenti conse-  
crare